



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 50. Baji Tractatus de prima hominis justitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

redderemur, quia pactum, quod Deus ^{Sæcul. XVI.}
cum omnibus hominibus in Adæ per- A. C. 1565.
sona iniit, violavimus.

§. I.

*Baji tractatus de prima hominis
justitia.*

In tractatu de prima hominis justitia
Bajus affirmat, negari non posse,
quod primus homo in rectitudine, &
justitia creatus fuerit, dicente ipso Deo ^{cap. 1.}
in capite primo Geneseos: *Faciamus* ^{Gen. 1. v. 26.}
hominem ad imaginem, & similitudinem no-
stram. Jam vero, infert Bajus, hæc
similitudo intelligenda venit de simili-
tudine quoad sapientiam, ceterasque Dei
virtutes, quatenus hac ratione crea-
tura accedere potest enti non creato.
Postea oppositæ sententiæ adhærentes
refellit, suam vero opinionem quampluri-
mis sacri Codicis, & Patrum testimoniis
comprobare nititur, ubi quærit etiam, in
quo primæ hujus rectitudinis, quæ de-
corabat hominem ante ejus lapsum, in-
tegritas constiterit, respondet vero, ean-
dem non modo in eo extitisse, quod ho-
minis intellectus per plenam, & inte- ^{cap. 3.}
gram legis divinæ cognitionem, ejus-
que voluntas per perfectam obedi-
entiam Creatori suo uniretur, atque ad-
hæreret, sed insuper inferiores corpo-
ris ejus partibus subditæ essent superio-
ribus

Sæcul. XVI. A.C. 1565. ribus partibus, ejusque voluntas omnium suorum membrorum usum dirigeret, istorumque nullum resisteret.

cap. 4. & 5. Hic status juxta Bajum non erat gratia respectu naturæ innocentis hominis, cum hæc in sua creatione non potuerit esse nuda prærogativa istis, quibus erat provisa; fuit enim hæc naturalis illius conditio: porro luculenta hujus veritatis argumenta, si Bajo fides esset adhibenda, sunt pœnæ, quæ primo homini infligebantur: postea Bajus invenitur in Philosophos, qui diversæ erant opinionis: juxta ipsius autem opinionem nunc justitia, quando homini conceditur, est supernaturalis, quia ei non debetur post peccatum, gratisque eam Deus tribuit juxta sua prudentiæ, ac providentiæ consilia, quæ semper admiranda sunt.

cap. 8.

cap. 10.

§. LI.

Baji tractatus de virtutibus impiorum.

Altera hujus libri pars quoad generalem considerationem est secundus tractatus, in quo Bajus examinat questionem de virtutibus infidelium, aut impiorum, seu illorum, qui fidem non habent, vel juxta fidem non vivunt. Ibidem docet, quod actiones, quæ sunt bonæ ex seipsis, ac morales, seu probi homi-

cap. 3. 4.